

1063. Jaca

4

*Ramiro I y su hijo Sancho Ramírez conceden diversos bienes a la catedral de Jaca con motivo de haber convocado un concilio en tal ciudad para restaurar el antiguo obispado de Huesca.*

## Grupo A:

A<sub>1</sub>: ACH, 2-111, copia simple en pergamino y letra carolina.

A<sub>2</sub>: ACH, 2-115, copia gemela de la anterior.

A<sub>3</sub>: ACH, *Libro de la Cadena*, fol. 19, copia del siglo XIV.

## Grupo B:

B<sub>1</sub>: ACH, 2-983, copia de 1303.

B<sub>2</sub>: AMJ, *Libro de la Cadena*, fol. 94 vuelto, 96, copia siglo XIV.

## Grupo C:

C<sub>1</sub>: ACH, 9-286, copia visigótico-carolina.

C<sub>2</sub>: ACJ, copia gemela de la anterior.

C<sub>3</sub>: ACJ, copia carolina.

C<sub>4</sub>: ACJ, copia siglo XIV.

C<sub>5</sub>: ACJ, *Cartulario*.

## Grupo D:

D<sub>1</sub>: ACH, 2-47, copia en visigótica.

D<sub>2</sub>: ACH, 2-141, copia del siglo XIV.

## Grupo E:

E<sub>1</sub>: ACH, 2-915, copia en visigótica.

E<sub>2</sub>: ACH, 2-70, copia carolina.

E<sub>3</sub>: ACH, *Libro de la Cadena*, fol. 135, copia siglo XIV.

## Ediciones:

AGUIRRE, *Colección de concilios de España*, siguiendo B<sub>1</sub>.

TEJADA Y RAMIRO, *Colección de cánones*, III, pags. 118-121.

P. HUESCA, *Teatro histórico*, V, p. 402.

SANGORRIN, *Libro de la Cadena*, p. 43 (A<sub>3</sub>).

BALAGUER, *Los límites*, p. 106 (D<sub>1</sub>).

DURAN, *La Iglesia en Aragón*, p. 161, apéndice 2, cuya edición sigo.

DURAN, *Colección diplomática*, I, núm. 26.

## FALSIFICACION

OMNES

Sub<sup>1</sup> Christi nomine et eius ineffabili misericordia<sup>2</sup>. Ranimirus gloriosus rex et Sancius filius eius omnibus divine legis ac christiane religionis cultoribus sub nostro regimine constitutis. Volumus notum fieri dilectioni vestre quoniam ob restaurandum sancte matris ecclesie statum nostris in partibus

A

exigentibus peccatis pene destructum,

BCDE

nostra maiorumque nostrorum negligentia pene corruptum,

OMNES

synodum novem episcoporum congregari fecimus in loco a priscis olim temporibus Iacca nominato

A

in quo presentibus atque consentientibus cunctis nostri principatus primatibus atque magnatibus, pleraque ad honorem Dei et sanctorum suorum, episcoporum iudicio et consilio, confirmantes instituímus,

BCDE

in quo synodali conventu presentibus atque consentientibus cunctis nostris principatus primatibus atque magnatibus, pleraque sanctorum canonum instituta, episcoporum iudicio, restituímus et confirmavimus,

et pro Osca que antiquitus sedes Aragonie et caput episcopatus extiterat, sed nunc cum maiori parte diocesis sue in ditione sarracenorum detinetur, in prescripto loco ad tempus sedem constituimus donec Deo miserante predictum caput suis membris pleniter reformetur.

necnon et episcopatum in civitate Oscensi antiquitus institutum sed a paganis invasum atque destructum in diocesi sua maioribus nostris et nobis a eo restituta, in suprascripto scilicet loco sacri concilii decreto restaurare studuimus.

AB

Ad quam modernam institutionem

CDE

Ad cuius plenam Deo miserante restorationem

OMNES

Ego prefatus Ranimirus quamvis indignus Christi providentia rex, una cum filio meo Sancio, donamus seu concedimus ipsi ecclesie

AB

in qua vicem episcopatus stabilimus cenobium quod vocatur Sasave,

CDE

in qua episcopatum restauramus cenobium quod vocatur Sasave cum omnibus suis pertinentiis, ac cenobium quod vocatur Lierdi<sup>3</sup>, cum omnibus sibi pertinentibus, et

ac cenobium Lierdi,

ac cenobium Septemfontes

cenobium Septemfontes cum suis pertinentiis,

ac cenobium Sirasie,  
ac cenobium Ravaga

sive cenobium Ravaga, cum cunctis sibi pertinentibus.

ac cenobium Sancte Marie cum omnibus eorum pertinentibus.

### ABC

Necnon omnes ecclesias que nunc sunt vel in posterum h edificabuntur ab ortu fluvii qui Cinga dicitur usque in vallem Lupariam, ubi in anteaactis temporibus predictae sedis termini extiteret, et exinde per plagam meridianam versus occidentem ad locum qui Plana Maior nominatur, indeque per girum ad septentrionalem vergens<sup>4</sup> regionem sicut Pirinei montes preeminet Aragone inclusa omni valle Osella<sup>5</sup>, cum toto Pintano<sup>6</sup>, cum parochialibus ecclesiis suppositorum castellorum, scilicet Filera, Penna, Sos, Lopera, Unocastello, Luisa, Sibrana, Eliseo, Castellomanco, Aguero, Moriello.

Statuimus etiam ut cause clericorum pro quibus usque huc ecclesia nostris in partibus non modicum grauata extiterat, deinceps episcopo solo et archidiaconibus eius discutiende<sup>7</sup> relinquuntur ut in debita circa eos secularium cupiditas nostro cauteriata iudicio in talibus prorsus recesetur et secundum normam iustitiae suae cuique ius conservetur.

### A

Laborantiarum quoque omnium nostrarum seu de ipso teloneo quod accipimus de lacca vel omicidiorum sive regalium placitorum totius regni Aragone

### BC

Addimus adhuc de omni dominatu castri quod nominatur Atares ex omnibus que ibi habemus vel ad nos pertinent,

laborantium quoque omnium nostrarum seu de ipso teloneo quod accipimus de lacca vel homicidiorum sive regalium placitorum totius regni Aragone

### DE

Necnon de omni dominatu castri quod nominatur Atares ex omnibus que ibi habemus vel ad nos pertinent,

seu de ipso teloneo quod accipimus de lacca vel omicidiis sive regalibus placitis.

### OMNES

ex omnibus decimationem omnes donamus. Nam et ex ipsis tributis quam recipimus in presenti vel recipere debemus aut ad futurum Deo miserante recipiemus de<sup>8</sup> Cesar Augusta<sup>9</sup> necnon et Tutela de omnibus tertiam partem ipsius decimationis supradictae ecclesie vel episcopo concedimus.

Ego vero Sancius prefati regis filius divino accensus amore concedo Deo et beato clayiculari domum quam habeo in Iacca, cum omnibus que illi pertinent.

## ABC

Donamus etiam et concedimus Deo et beato piscatori

omnem decimam auri, argenti, frumenti seu vini sive de cunctis rebus quas nobis tributarii sponte aut coacte exolvunt, tam christiani quam saraceni, ex omnibus villulis atque castris, tam in montanis quam in planis infra prefixos terminos.

## DE

Necnon ego predictus Ranimirus, una cum iam dicto filio meo Sancio, concedo Deo et beato piscatori

omnem decimam nostri iuris auri, argenti, frumenti seu vini sive de cunctis rebus que nobis tributarii exsolvunt coacte, tam christiani quam saraceni, ex omnibus villulis atque castris,

ut dñdit silva que vocatur Matirero usque ad flumen Gallicum subiecte sarracenorum imperio<sup>10</sup>, ex omnibus decimam ut supra prescripsimus concedimus.

## C

Necnon ego predictus Ranimirus, una cum filio meo iam dicto Sancio, omnia que superius sunt scripta sive per nos collata confirmamus.

## OMNES

Hec omnia superius instituta sive descripta donamus Domino Deo et sancto Petro ad restaurationem suprascripti episcopatus, propter remissionem nostrorum peccaminum ac remedium animarum nostrarum, atque pro requie progenitorum nostrorum, ea videlicet ratione ut si aliquando Deo disponente caput ipsius episcopatus potuerimus recuperare ista quam restauramus ecclesia ipsi sit subdita et unum sit cum illa.

## C

Et quia in partibus Aragonie episcopatus evidenter est terminatus,

## E

Et quia in partibus Aragonie predictus episcopatus evidenter est terminatus pro iure et antiquissimo tenore quem habuerunt Oscenses episcopi Vincentius, Pompeianus, Gavinus antequam gens barbara occupasset Ispaniam prout in Asaniensi monasterio scriptis reservatum est,

ad posterorum pacem.

auctoritate presentium episcoporum nostrorumque primatum consilio, in partibus Yspanie usque ad fluvium qui Cinga dicitur protendi decrevimus et confirmamus secundum superpositorum illis finibus tenorem montanorum ubi idem episcopatus dicto flumine Cinga terminatur.

auctoritate presentium episcoporum et primatum nostrorum consilio, usque ad flumen qui Cinga dicitur in partibus Ispanie protendi eum quando misericors Deus christianis reddiderit, decrevimus et confirmavimus sicut omnia superposita illis finibus valles et montane in eodem episcopio usque ad predictum flumen usquequo continetur.

#### OMNES

Quod si nos donatores aut aliquis successorum nostrorum aut ulla magna sive parva persona de his superius scriptis et donatis aliquid voluerit minuere tollere vel alienare nullatenus hoc valeat vendicare, sed siquis presumpserit canonica componat auctoritate et ista donatio firma sit et stabilis cum Christo secula in omnia.

Si vero, quod absit, ullius persone repertus quis fuerit contrarius ut hanc donationem velit dirumpere violare quousque canonice emendet restituat satisque faciat nulla cum christianis participationis causa se estimet haberi insuper, et ab ecclesie conventu sit extraneus, et cum Iuda proditore<sup>11</sup> deputatus.

Facta carta donationis anno TO. LX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. dominice nativitatis, era Ta. Ca. Ia., indicione XIII<sup>a</sup>.

Ego Ranimirus quamvis indignus Christi rex hanc donationem propria manu confirmo et subscribo [*signo*], et omnes episcopos in hoc sancto concilio congregatus ut hec confirmet et subscribent rogo:

Austindus Ausciensis ecclesie archiepiscopus ss.  
Guillermus Urgellensis ecclesie episcopus ss.  
Eraclius Bigorrensis ecclesie episcopus ss.  
Stephanus Olorensis ecclesie episcopus ss.  
Gomesanus Calagurritane ecclesie episcopus ss.  
Iohannes Leyurensis<sup>12</sup> ecclesie episcopus ss.

#### BCDE

Sancius filius regis subscribo [*signo*].  
Alius vero Sancius frater eius subscribo [*signo*].  
Austindus Ausciensis ecclesie archiepiscopus ss [*signo*].  
Guillermus Urgellensis ecclesie episcopus ss [*signo*].  
Eraclius Bigorrensis ecclesie episcopus ss [*signo*].  
Stephanus Oloronensis ecclesie episcopus ss [*signo*].  
Gomesanus Calagurritane ecclesie episcopus [*signo*].  
Iohannes Leyurensis<sup>13</sup> ecclesie episcopus ss [*signo*].

Sancius prefate ecclesie Iaccensis  
episcopus ss.

Paternus Cesaraugustane ecclesie epis-  
copus ss.

Arnulfus Rotensis ecclesie episcopus  
ss.

Blasco abbas cenobii Sancti Iohannis.

Banço abbas cenobii Sancti Andree.

Garuçus abbas cenobii Asanensis.

Sancius filius regis.

Alius Sancius frater eius.

Sancius prefate ecclesie episcopus ss  
[*signo*].

Paternus Cesaraugustane ecclesie epis-  
copus ss[ [*signo*].

Arnulfus Rotensis ecclesie epis-  
copus<sup>14</sup> ss [*signo*].

Belasco abbas cenobii Sancti Iohannis  
baptiste ss [*signo*].

Banço abbas cenobii Sancti Andree  
apostoli ss [*signo*].

Garuçus abbas cenobii Asanensis ss  
[*signo*].

### OMNES

Sancius comes subscribo [*signo*], Fortunio Sancii procer ss [*signo*],  
Lope Garseanus procer ss [*signo*]. Omnes namque proceres regis prefati  
subscribimus. Eo modo nutriti aule regis subscribimus.

Audientes<sup>15</sup> enim cuncti habitatores Aragonensis patrie tam viri  
quam femine omnes una voce laudantes Deum confirmaverunt et lauda-  
verunt dicentes "Unus Deus, una fides, unum baptismum, gratias  
Christo celesti et benignissimo ac serenissimo Ranimiro principi", qui  
curam adhibuit ad restaurandum suam ecclesiam sit illi concessa salus et  
vita a Deo longeva victoriam inimicorum obtatam illi prestat post exces-  
sum vero huius evi cum sanctis in paradisi amenitate intromittat vivitu-  
rum feliciter in secula seculorum, amen<sup>16</sup>.

1 *Inc.* A<sub>3</sub>: Privilegium domini Ranimiri et Santii filii eius regum Aragonie, quomo-  
do in loco Iacce sedem episcopalem ad tempus constituerunt et certa bona super  
spe recuperationis civitatis Oscensis eidem contulerunt. Sub Christi... 2 miseri-  
cordia] providentia, *corr.* BCDE. 3 Lyert, E. 4 pergens, *corr.* B<sub>2</sub>.  
C. 5 Orsella, *corr.* B<sub>2</sub>. 6 Pinitano, *corr.* A<sub>3</sub>B<sub>2</sub>. 7 discuciende, *om.*  
A<sub>3</sub>B<sub>2</sub>. 8 recipimus de ] Oska, *add.* D<sub>3</sub> 9 Cesaraugusta, B<sub>1</sub> 10 subiecte  
sarracenorum imperio,] *om.* D<sub>2</sub>E. 11 proditore] prodito, *corr.* C<sub>1</sub>D<sub>2</sub>E<sub>1</sub>; peri-  
dito, *corr.* C<sub>2</sub>C<sub>3</sub>C<sub>4</sub>C<sub>5</sub> D<sub>1</sub>E<sub>2</sub>E<sub>3</sub>; traditore, *corr.* B<sub>2</sub>. 12 Leurenensis, *corr.*  
A<sub>3</sub>. 13 Iesurenensis, *corr.* E<sub>1</sub>. 14 episcopus] quamvis/postea/ab ordine priva-  
tus, *add.* D<sub>1</sub>. 15 Audientes] Audientibus, *corr.* D<sub>1</sub>. 16 amen]. Ego Petrus  
filius Sancii Aragonensium regis hec suprascripta laudo et hoc signum manu mea  
[*signo*] facio.